



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.


21. Septembris. 11. Cal. Octobr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

256 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, s. 2. in cap. jejun.

Con- Convertimini ad me in toto corde.
versio Corporis namque conversio si sola fu-
cordis sit, non erit, nulla erit, Forma siquidem con-
solius versionis est ista non veritas, vacuam
corpo- virtute gerens speciem pietatis, putans
xis. se aliquid esse, cum nihil sit.



21. Septembris. II. Cal. Octobr.

Obiit BONIFACI Abbas Cisterci ac
anno totius Ordinis Superior Generalis
1252. XXIII. qui pro conservanda salute
tanti corporis magnanimâ curâ solici-
tus prudentissimas leges condidisti,
adhuc in continuo usu persistentes. A

Multa Gregorio IX. ad Concilium Latera-
patitur nense vocatus, in reditu à Friderico
pro Ec Imperatore, tunc Schismatis fautore
clesia. in carcerem unâ cum aliis detrusus, vi-
rili constantiâ tuâ docuisti orbem, Ci-
sterciensium esse, ut olim Romani ja-
etabant, & agere & pati fortia. Non

Cister- desunt ejus temporis, an tempestatis?
cium fide digni scriptores, qui affirmare
Petra non formidant, Cistercium velut im-
immo. mobilem Ecclesiæ Petram, junctam
bilis. Romanæ Petræ Schismatis illius im-
manes procellas fregisse. Certè qui-
busnam armis victus fuerit Fridericus,
sine dissi-

sinè dissimulatione confessus est, quan-
 do extremam cum morte subitus a- *Frideri*
 leam abjecto cultu Imperatorio, pa- ^{c⁹} *Imp.*
 pere cuculla Cisterciensi armatus illi *in ha-*
 fese certamini commisit. In medio ta- *bitu Ci-*
 men laborum æstu vel nova condidi- *sterciæ-*
 sti, vel sponte se offerentia aliorum *si mori-*
 Ordinum in filios suscepisti cœnobia, *tur.*
 grandis instar animæ, quæ vastum
 corpus pari spiritu ubique impleret.
 In arctum te denique contraxisti, con-
 jectis in Successorem negotiis, quatuor
 annorum spatio antequam vitam hanc
 mortalem exueres. *Doce me sanctorum*
Ordinis Patrum constitutiones tam salu-
briter inventas eo spiritu observare, quo
illas condiderunt. Est enim Ordo sinè le-
gum diligenti observatione ut corpus sinè
anima.

B. MARTINE, palmes nobilissi- *Floruit*
 me perantiqui stemmatis Principum *anno*
 Cybo, utpote ad priscos Trojæ heroi- *1134.*
 ës originem suam referentium. Di-
 gnum tam excelsa propagine mentem
 esse tibi insitam vidi Innocentius II.
 cùm te Patribus Purpuratis annume-
 ravit, misítque de Latere suo Nunci-
 um ad Daciæ Regem. Inde autem post
 expedita feliciter negotia Pisas rever-
 sus, insigni facto purissimam ab omni
 corruptione vitam demonstrasti. Flo-
 rentiam

258 ANNI CISTERCIENS.

rentiam enim occasione itineris trans-
cuntem te loci Episcopus non solùm
humanissimo exceptit hospitio, sed cer-
nens deesse tibi ad prosequendam vi-

Munus am necessaria penè subsidia, equo do-
respuit navit. Pergentem Pisas secutus in gra-
ne justi vis decisione litis cùm te patronum
tia cor- rogaret, priusquam illum responso
rumpa- dignareris, quantocyusequum iustisti
restitui, tum demum de innoxio tri-
tur.

tribunalí decreturus, quod justitia dicta-
ret. Quam mentis tuæ generositatem

mellifluo elogio prosecutus est **B E R-**

* **N A R D U S**, dum multis post annis

De Con- velut oculatus rei testis Eugenio III.

sid. l. 4. ita memoriam refricat.* Quid dicis mi-


cap. 5. Eugeni? nónne alterius seculi res est,
redisce Legatum de terra auri sínè au-
ro? transisse per terram argenti, & ar-
gentum nescisse? donum insuper,

A Ber- quod poterat esse suspectum, illico re-
nardo jecisse? O si talium virorum daretur
egregiè copia! quid te felicius, quid illo jucun-
lauda- dius seculo? O si viderem⁹ in vita mea
tur.

Ecclesiam D e i talibus innixam co-
lumnis! O si Domini mei sponsam
cernerem tantæ commissam fidei, tan-
tæ creditam puritati! Judicium no-
strum vanissimis suis muneribus iden-
dem corrumpere nititur fallax mundus.
Tu dece me illius fraudes agnoscere, & in
corrupcio-

corrupto iudicio terrenis præferre eterna.
S. BERNARDUS, ser. 3; de Epiph.

*Aurum inter seculi divitias videtur
excellere: quod per Dei gratiam om-* Aurum
offert
D E O,
qui re-
linquit
omnia.
*nnes nos devotè obtulimus Salvatori , cùm pro ejus nomine ex integro dereli-
quimus substantiam hujus mundi. Nam omnia.
verò necesse est, ut qui perfectè terre-
na contempsimus, flagranti desiderio
cœlestia requiramus.*



22. Septembri. 10. Cal. Octobr.

B. OTTO, insigne decus Serenissi- Obijt
mæ Domus Austriacæ: qui, si ge- anno
nus spectetur, - quatuor Imperatores 1169.
Romanos proximo sanguinis gradu
tibi numerabas conjunctos: quippe Gene-
Henrici IV. nepos; Henrici V. sorori- ris no-
us; Conradi frater; Friderici Patruus: bilitas.
si in genealogia Virtus æstimetur, S.
Leopoldi Austriae Marchionis Filius;
Illustria omnia: Parisios studiorum
gratia destinatus, cùm salutatâ Miner-
vâ redditum festinares in Patriam, uni-
us noctis hospitio in Cænobio Mor-
mundensi tam ardentes Monasticæ vi-
tæ scintillas hausisti, quæ & quinde-
cim socios, ex prima Germaniæ nobi-
litate